



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

158. De non sponsatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

piunt antiqua & synodalis sententia observe-  
 tur. Quod etsi fortè in Ecclesia eventus talis  
 reperiri dinoscitur, ut pro salutis & religionis  
 competentia humanius quiddam \* debeat tra-  
 ctari Pontifices, sicut canonica, ut eisdem ver-  
 bis utamur, docet auctoritas, quia prior, in-  
 quiens, definitio durius, posterior autem  
 quiddam tractavit humanius, nullo modo ut  
 ad maximam indulgentiam descendamus, al-  
 terius sponsæ acceptor sine publica transeat  
 pœnitentia, & sponso legaliter multam com-  
 ponat. quòd si hæc obedire renuerit, sine ulla  
 refragatione anathematizetur. fautores verò  
 illius, juxta modum culpæ, episcopali decre-  
 to pœniteant. Si verò, quod non optamus, de  
 gradu ecclesiastico talibus nuptiis se consensu-  
 rem vel interventorem manifestè prodiderit, à  
 gradu proprio repellatur. & si verisimilibus  
 exinde suspicionibus fuerit propulsatus, cano-  
 nicè se purget.

Burchard. lib.  
9. c. 32.

\* debeant tra-  
ctare Pohr.

De non sponsatis. *Ex Capitularium lib. 1.*  
*cap. xcviij.*

CLVIII. De puellis raptis necdum des-  
 sponsatis in Chalcedonensi Concilio scriptum  
 est: *Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul  
 habitandi, cooperantes, & conhibentes raptori-  
 bus, decrevit sancta synodus, si quidem Cleri-  
 ci sunt, decidant à gradu proprio; si verò laici,  
 anathematizentur.* Quibus verbis datur intel-  
 legi qualiter hujus mali auctores damnandi  
 sunt, quando participes & conhibentes tanto  
 anathemate feriuntur, & juxta canonicam au-  
 thoritatem ad conjugia legitima raptas sibi ju-

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 104.  
Capitulare  
Aquisgranen-  
se Ludovici P.  
c. 23.  
Burchard. lib.  
9. c. 36.

De raptoribus virginum & viduarum.  
*Ex Concilio Meldensi.*

Concil. Meld.  
c. 64.

CLIX. Raptores virginum vel viduarum, qui etiam postea voluntate parentum & cetera. Require retro in primo libello de ordinatione Clericorum cap. CCCCXVI.

De eadem re. *Ex eodem, cap. L XV.*

Concil. Meld.  
c. 65.  
Burchard. lib.  
2. c. 39.

CLX. Si autem qui necdum eas quas raperunt, cum voluntate parentum sub praefato desponsione vel dotalitij nomine in conjugium sumptas habent, quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum conjunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur; raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Post actam verò publicam pœnitentiam, si ætas & incontinentia exegerit, legitimo & ex utrisque partibus placito conjugio socientur. Nam in his non regulam constituimus; sed, ut verbis magni Leonis utamur, quid sit tolerabilius æstimamus. Quod si unus ex conjugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egerit, & superstes extiterit, iterare conjugium non præsumat, nisi fortè Episcopus præviderit aliquam concedere indulgentiam, ut graviolem possit amovere offensam.

De eadem re. *Ex eodem, cap. L XVI.*

Concil. Meld.  
c. 66.  
Concil. Rom.  
sub Greg. 2.  
c. 10, 11.

CLXI. Qui verò deinceps rapere virgines præsumperit vel viduas, secundum synodalem beati Gregorij diffinitionem ipsi & com-